Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

apostolus ad ephesios loquens designabat di-
cens. Scio enim quod post discessum meum in-
trabunt ad vos lupi graves lupi rapaces.
Lupi vero graves nominavit omnes infide-
les et heretici qui graviter sanctam ecclesiam
opprimunt et persequuntur. vel molestare frequen-
tant. qui sine misericordia rapere vel coacervare
F Res. Debito Capitulum. non desinunt.
Fratres debitores sumus non carni. ut secundum car-
nem vivamus. si enim secundum carnem vixeri-
tis moriemini. si autem spiritu facta carnis
mortificaveritis vivetis. Deo. Capitulum.
Non enim accepistis spiritum servitutis ite-
rum in timore. sed accepistis spiritum adop-
tionis filiorum in quo clamamus abba pater.
Largire nobis domine quesumus semper spiritum Oratio.
cogitandi que recta sunt propicius et agen-
di. ut qui sine te esse non possumus secun-
dum te vivere valeamus. Per. antyphona.